

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Samuel Stryk

**Excellentis. D. Strykii Dissertatio De Differentiis Iuris Civilis & Canonici, luncta  
Praxi Moderna Ac Historia Iur. Can. In usum Cupidae LL. Iuventutis recusa ac  
praelectionibus proposita publicis**

Rostochii, 1694

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730474372>

Druck Freier  Zugang



dhro qui pro nobis pependit in ligno ali

† p

† p

† p

† p

† p

† p

† p

urrit dominus

mag.

m̄s

ad

† p

ad

† p

Thren p. u. i.  
milde i. p. pœs  
spān gū  
dān. x. -  
dān. x. -  
dān. x. -

lēni. x. v.  
dān. x. -  
dān. x. -

Te - 30011.2.

KII

D

IS  
S

NA

AN.

is

27. VIII. 4.

*b. A. - E.  
B. N. I. - 137.*

30. 10.

Differentiarum Juris Publicorum Scriptore Vagi zimi-  
num: Bartela, Rendopig, Joh. Gmeng a. Rostbach, Carol.  
Molineq, D. Jacob. Grandmuller a. Schildknecht. Matthias  
Hubrecht Dith etiam scriptore Differentiarum Juris, Francon.  
Sig. Gentilis, Fr. Rottmann, Georg Tradewig, ignor.  
illegal Cons. litterarum in pr. D. Differentiarum Ju-  
ris in pref. fl. Hieronimus Carmelit, Hagen d.  
publ. D. L. max. Joh. Dabribal a. S. Magis, Galvani,  
Georg Laubenberg, Hahnig Disput. ~~l. 10.~~, Theo-  
dor Graetman in Harmonia titulorum abriva-  
tus, Alon. Enripi. 1571. Sigismund Finkeltzky.  
in Disput. Lipp. ab 28.

Fe-3001\*\*

Excellentis. D. STRYKII  
DISSERTATIO  
De  
**DIFFERENTIIS  
JURIS CIVILIS  
& CANONICI,**  
JUNCTA PRAXI MODERNA  
AC HISTORIA JUR. CAN.

In usum  
**Cupidæ LL. Juventutis**  
recula ac prælectionibus  
proposita publicis.  
Rostochii, 1694.



Excellens D<sup>r</sup> STRAKI  
DISSESTITIO  
D<sup>r</sup> DIFFERENTIIS  
JURIS CIVILIS  
et CANONIC<sup>is</sup>  
JURIS PRAXI MODERNA  
AC HISTORIA JUR. CIV.  
in iuri  
Chydiae II. Iuris  
legibus ac bisaginibus  
proposita publica  
Rougechii tipis.



PRÆCOGNITA  
URIS CANONICI

CAPUT I.

De Libris Juris Canonici eorumq;  
Authoritate

**P**Ostquam potestati suæ Ecclesiastice potestatem secularem adjungere cœperant Pontifices, ne deitituti viderentur potesta te Nomothetica, varia Decreta, partim auctoritate Conciliorum, partim auctoritate propria, edidere, eaq; non tantum de rebus Sacris, sed & Civilibus haud raro concepere. Hæc ipsa Decreta postmodum ad simulationem Romanorum Imp. autoritate Papali collecta, unde speciale Juris Canonici Corpus prodiit, qvod Simiam Corporis uris Civilis aliqui appellant. Nam sicut Digesta continent Veterum Qtorum Responsa, ita Decreta continent varia Veterum Patrum dicta, & Conciliorum sancta. Codex Verò, ut Rescripta Imp. continet,

A

ita

ita *Decretales* continent Rescripta  
Pontificum: His accessere nova  
quædam Rescripta, quæ nomine  
*Clementinarii* & *Extravagantiū* veni-  
unt, quas cum *Norellis* comparant.  
Sed non ab initio omnia hæc repe-  
remus, sed potius Libros ipsos Cor-  
poris Canonici ordine percurre-  
mus. Interim *De cognitione Librorum  
Iuris Canonici* scripti. Tractatulum  
aliquot paginarum *Bartolomeus  
Capella*, ubi tamen potissimum cir-  
ca *Glossatores Iuris Canonici* est  
occupatus *Extat in Tract. Tractatum  
Vol. I.* Quanta verò *Juris Canonici*  
sit auctoritas, & quæ in eo nævi, so-  
lidè de monstravit *Dn. Ziegler in Pra-  
fat. sui Comment. ad Lan. ellor. in Inst.  
Iur. Can.*

### I. DE DECRETO.

S. II. DECRETUM est prima  
pars Corporis Canonici, quo ipso  
dicta Patrum, & Canones Concili-  
orum in certum ordinem redacta  
ac disposita. Hæc ipsa Decreta,  
prout nobis in Corpore Iuris exhi-  
bentur, à Gratiano Monacho quo-  
dam

dam Bononiensi circa annum 1150.  
collecta esse, dubio vacat, praefer-  
tim cum ipsi Pontifices in Rescri-  
ptis suis hac de re sint testes exce-  
ptione majores. *Add. de Gratiani vi-*  
*ta Forster. Histor. Jur. Civil. Lib. 3. c. 7.*  
Negari tamen nequit, ante Gratia-  
num jam extitisse Ivonem & Bur-  
chardum aliosque Canonum col-  
lectores; quod ipsum perspicuum  
est ex *Prefatione ad Lettorem Corporis*  
*Juris Canonici prefixa.* Sed horum  
ratio amplius nulla habita fuit, post-  
quam Gratiani Decretum prodiit  
de Anno 1150. quod ipsum mox man-  
datu Eugenii Papæ in Scholas tra-  
ductum ac explicari coepit ut  
jam tunc eo tempore Doctores De-  
cretistas creatos fuisse, ex Arnoldi  
Lubecensis Chronico Schlavorum teste-  
tur. *Dn. Conring. de Orig. Jur. German.*  
*cap. 26.*

§. III. Vim Legum tamen dictum  
Decretum ab Eugenio Papa non  
acepit, ut hinc meritò dubitare  
liceat, an Canon ex Decreto ut Lcx  
Canonica allegari possit? Doctores

Az                    Juris

Juris Pontificii inter se hac de re  
non convenient; Affirmant aliqui  
ex hac ratione, quod auctoritate  
Pontif. Georgii XIII. in Corpus Ca-  
nonicum fuerit translatum, & ita  
auctoritate Papali confirmatam  
Cardin. Tuseb. Pratt. Concl. no. lit. D.  
num. i. Sed displicet hoc aliis, qui  
non aliter eidem auctoritatē con-  
cedunt, nisi cum fontibus, unde ex-  
cerptum, conspiret, & Pontificium  
Rescriptis non sit mutatum, qvæ  
sententia quoque communio est.  
Addam hac de re judicium Jesuitæ  
Martini Del rionis Lib. 5. Disquisit. Ma-  
gicar. Sect. 16. Ubi hæc verba habet:  
Communis & indubitata est sen-  
tentia, et si Gratiani Decretum à Se-  
de Apostolica sit receptum, ita ta-  
men receptum esse, ut fides dicto-  
rum sit penes Autorem, & tanta sit  
eorum Canonum, qvos in medium  
producit, autoritas, qvanta est fon-  
tium, unde illa manārunt. Nec e-  
nim quisquam eorum, qui Ius Ec-  
clesiasticum vel à limine salutavit,  
ignorare potest, nauta in *Decreto*  
haberi

haberi, quæ postea à *Decretalibus*,  
*Sexto, Clementinis & Extravagantibus*  
abrogata fuerunt, non nullaq; in  
Gratiano per errorē inserta fuisse,  
quæ cum veritate pugnare depre-  
henduntur. Hæ ille, Dubitari tamen  
meritò de hac sententia posset *cusa*  
*Dn. Conring. d: ap. 26. præsertim si in-*  
*spiciamus Epistolam Gregorii XIII. P-*  
*pæ Decreto præfixam*, ubi expreſſè di-  
cit, se hoc Decretum à mendis re-  
purgâſſe, & prohibet, ne qvis ei-  
dem qvicq; vam detrahat, vel addat,  
sed simpliciter fidem habeat.

§. IV, Dividitur autem *Decre-*  
*tum* in tres partes: 1. *Distinctiones*.  
2. *Causas* & 3. *Tract. de Conſecra-*  
*tione*. *Distinctiones* quare prima pars  
appelletur, incertum est, q; vanq; vam  
credibile sit eam inde ita appellata,  
qvòd Conciliorum ac Ponti-  
ficium Decreta pro ratione ac ordi-  
ne materiarum fuerint distincta, ac  
ita sub centū & una distinct. digesta.  
*Causæ* numerò XXXVI. sunt, qvæ  
iterum in suas Qvæſtiones subdivi-  
duntur. *Causæ* autem inde appelle-

latæ, qvòd primūm causa sive ca-  
sus certus proponatur, postmodùm  
inde certæ qvæstiones decidendæ  
eliceantur, ut videre est ex cuiusvis  
Causæ exordio. Id tamen obser-  
vandum in Caus. 33. Q. 3. contineri  
Tractatuum de Paenitentia, qvi septem  
speciales continet Distinctiones,  
hinc allegatur e. Vulgatis. 16. De Pa-  
nitent. Dis. 1.

Tractatus de Consecratione quoq;  
distinctionibus absolvitur, & alle-  
gari solet e. Didicimus 6. de Conse-  
cratione Dis. 2.

S. V. Inscriptiones Canonum in  
hac prima Corporis Canonici par-  
te qvod concernit, plerumq; addi-  
ta sunt loca vel Conciliorum, vel  
Autorum sive Patrum, ex qvibus  
illa decerpta. Aliqui tamen Cano-  
nes ita inscribuntur PALEA; De  
qua voce qvid sibi velit, non una  
Canonistarum est sententia. Aliqui  
vocabulum Paleæ propriè explicant pro  
re aliqua levis momenti, German.  
Spræ/ qvod illi canones hac voce  
signati exiguam, imò nullam habe-  
ant

ant utilitatem. Alii verò à Græca  
voce μαλακὰ derivant, quasi  
sint canones antiquati, eò, quod  
post compilationem Gratiani hoc  
decretum Pontifici exhibitum, qui  
illos Canones tanquam minus Av-  
thenticos nomine Paleae notasse di-  
citur. Sed probabilior illorum sen-  
tentia, qui Paleam Gratiani disci-  
pulum fuisse dicunt, qvi Decretis  
alias Sacras Constitutiones à Gra-  
tiano omissas superaddidit Murel.  
*Syntagma Histor. Lib. 2. Sect. 4. Q. 17. pag.*  
443. Vel, ut existimat Jason in Ru-  
bric: de actione, fuisse aliquem Car-  
dinalem nomine Protopaleam, qui  
talia capita Gratiani compilationi  
superaddidit; Inde manifestum, ta-  
les Canones hac inscriptione indi-  
gitari, qvi post Gratianum additi.  
*Conf. Prefat. ad Leitor. Corporis Canon.*

## II. DE DECRETALIBUS.

### §. VI.

**D**ECRETALIUM vocabulum  
à Decreto in eo differt, qvòd  
Decretum sit Statutum aliquod,  
qvod Papa de Consilio Cardinali-

A 4

um

um propriis motu statuit & decernit: *Decretalis* vero *Epistola* est, quando Papa vel solus, vel cum Consilio Cardinalium quid rescribit, non tamen proprio motu, sed ad consultationem alicujus præcedentem. Hinc pars illa *Juris Canonici*, quæ *Decretalium* nomine venit, contineat Rescripta Pontificum ad consultationem certarum personarum emissas.

Collecti autem sunt Libri *Decretalium* per Raymundum auctioritate Gregorii IX. Papæ circa Annum 1230. uti ex *Epistola confirmatoria* dicti Pontificis *Decretalibus* prefixa patescit. §. VII. Dividuntur *Decretales* in quinque Libros. in quibus Rescripta Pontificia, perinde ut Imperatoria in Codice, sub suis titulis sunt digesta.

I. Agit de personis Ecclesiasticis, earum Electione, & officiis, ut & de Officio Judicis.

II. Agit de Judiciis ipsis, & rebus ad judicia spectantibus.

III. Agit de rebus Clericorum, & Ecclesiarum.

IV.

IV. Agit de Matrimonialibus.

V. De Criminalibus.

Quæ materiæ brevitatis causa his  
versiculis comprehenduntur.

*Judex, Judicium, Clerus, Sponsalia,  
Crimen.*

Hæc tibi designant, quid quæque  
volumina signant.

### III. DE SEXTO DECRE.

#### TALIUM.

S. IX. Digestis ita Rescriptis Pon-  
tificum in Libro Decretalium, ut  
fieri solet, casus nondum decisim e-  
mergebant sèpius, qui speciali Re-  
scripto per subsequentes Pontifices  
erant decidendi. Hæc ipsa Rescri-  
pta collegit postmodum Bonifacius  
VIII. Papa Annò 1298. eaq; ad ordi-  
nem Decretalium iterum in quinq;  
Libros dispescuit & hos quinq; li-  
bros conjunctim **SEXTUM DE-**  
**CRETALIUM** appellavit, quasi post  
quinquaginta Decretalium Libros editum.

Divisio, & materiarum sedes per  
inde se habet in Sexto, sicut in i*psis*  
Decretalibus, præterquam q*uo*d  
in Sexto pauciores tituli reperiuntur.

### IV. DE CLEMENTI NIS

A*s*

S. IX.

**S. IX. CLEMENTINÆ CONSTITUTIONES** nomen habent à Clemente V. Papa, qui, adhuc casus quosdam indecisos esse in Decretalibus videns, in Viennensi Concilio Annō 1310. certas Constitutiones suppletorias promulgare cœpit sed quia spe citius è vivis discessit, ad finem non potuit deducere negotium; Hinc successor ejus in Pontificatu Johannes Papa XXII. hoc opus absolvit Annō 1316. Et hæ Clementinæ perinde in quinq; Libros sunt divisæ, & materiaæ ad ordinem Decretalium in iisdem degestæ.

**V. DE EXTRAVAGANTIBUS.**

**S. X. EXTRAVAGANTES CONSTITUTIONES** inde appellatae, quod post Sextum Decretalium, & post Clementinas partim demum latæ, partim antea omisæ, & quod ita extra Corpus Constitutionem Pontificalium vagentur.

Hæ duplices sunt (i.) Extravagantes Johannis XXII. Pontificis, quæ sim.

simpliciter Extravagantes dicuntur  
& sub 14. titulis sunt digestæ.

(2.) Extravagantes communes, ita  
dictæ, quod non tantum Johannis  
Papæ XXII, sed & aliorum Pontifi-  
cum Constitutiones continerent,  
quæ ipsæ ad seriem Decretalium ic-  
dem in quinq; Libros distinxæ; ex  
quibus tamen Quartus Liber deest;  
& qui in Corpore Canonico Quar-  
tus est, debebat esse Quintus, quod  
sedes materiarum docet.

## VI. DE INSTITUTIONI.

### BUS JURIS CANONICI

§. XI. INSTITUTIONES JU-  
RIS CANONICI à Johanne Paulo  
Lancellotto Perusino conscriptæ,  
ac in quatuor Libros divisæ; Quo-  
rum I. De Personis Sacris. II. De rebus  
Sacris III. De Judiciis VI. De Criminali-  
bus Causis agit. Has ipsas Institutiones  
Lancellottus mandatō Pontificis  
quidem conscripsit, Pontifice ante  
confirmationem mortuū, privata  
tantum auctoritate prodit ille Li-  
ber, auctoritatem in decidendis  
causis non habens, nisi quatenus  
cum

cum Decretalibus conspirat. Accuratissimo Commentario eas illustravit Dr. Ziglerus.

## VII. DE LIBRO VII. DE CRETALIUM.

§. XII. In editione Novissima Corporis Canonici in calce LIBER SEPTIMUS DECRETALIUM est adjectus, in quo continentur Rescripta Pontificum post Sextum Decretalium, Clementinas, & Extravagantes publicatae; Collegit has Constitutiones Petrus Matthaei Clus Lugdunensis, easq; ad ordinem Decretalium in quinque Libros dispositi, & olim separatim edidit. Sed hunc Librum Papali auctoritate confirmatum esse nondum constat  
DE AUCTORITATE JURIS CANONICI IN TERRIS PROTESTANTIUM.

§. XIII. Dubium non est Jus Canonicum in terris Protestantium auctoritatem suam habere, quæ scil. ipsi Pontifici subjectæ sunt. Quoad aliorum

aliorum verò Principum territoria  
Jus illud, quā Pontificium, auctor-  
itatē non habet, etiam si Princi-  
pes illi sint Pontificii. Denegamus  
enī Pontifici potestatē Leges fe-  
rendi non subditis, & ita ultra ter-  
ritorium suum Jus dicendi *L. fin. ff.*  
*de Juris d.* Qvod in causis secularibus  
expeditum; Sed annon Decretum  
Pontificis causam Ecclesiasticam  
concernens obliget subditos Prin-  
cipium Catholicorum? Hoc perin-  
de negaremus, nisi ex falso hypo-  
thesi decidenda foret qvæstio, quasi  
Caput Ecclesiae universalis esset Pa-  
pa, ut sic Decreta ejus qvævis Eccle-  
sia membra, & sic quoque alterius  
Principis subditos stringant.

§. XIV. Qvod ad Terras Proutian-  
tum res magis expedita. Negamus  
enī Pontifici Principium suum:  
Eundem esse Caput Ecclesiae; qvō  
fundamentō collapsō, qvæ super-  
structa sunt, propria sponte curru-  
ent. Denegata enim Pontifici Su-  
perioritate, denegatur ejusdem Le-  
gibus simul potestas obligatoria...

Qviā

Qvia tamen in hoc ipso Jure Ca-  
nonico multa sunt, qvæ laudem  
merentur, illud ipsum in terris  
Principum Protestantium rece-  
ptum in illis potissimum materiis,  
ubi causa conscientiæ ventilatur,  
vel ubi de peccato vel scandalō vi-  
tando agitur. In specie autem ob-  
servamus Jus Canonicum in Matri-  
monialibus, in materia Usurarum,  
Juramentorum, Præscriptionis ra-  
tione bonæ fidei in ea observandæ,  
& in illis qvæ ad Processum spe-  
ctant; qvia saluberrima remedia  
abbreviandi lites proponit.

S. XV. Obligat ergo Nos in il-  
lis partibus, in qyibus observantiâ  
fieri comprobatum. Sed, qvia haud  
raro à Jure Civili recedit, dubitari  
poterat, cui Juri standum sit? Resp.  
Si casus emergens observantiâ  
communi non sit decisus, potius  
standum est Juri Civili; modo non  
de peccato vitando agamus, vel  
de foro interiori qvæstio sit, ubi Jus  
Canonicum, qvatenus Juri Divino  
consonat, veleidem non contradic-  
cit, prævalere debet. CA-

## CAPUT II.

De

### ALLEGATIONE JURIS CANONICI.

**H**ic in antecessum observandum. Textus quix de re allegantur, per Canones esse allegandos; In *Decretalibus* verò per *Capitula*, Jam separatim singulæ partes videndæ.

§ II. DISTINCTIONES allegantur per majusculum D. vel Dist, subiecto numero Distinctionum, E. C. e. Audite. Dis. 34. i. c. Canon. Audite. Distinct. 34. c. 14. D. 96. i. c. Can. 14. Distinct 96. In veteribus libris Canonis verba initialia plerumque post Distinctionem demum ponuntur ita: 76. Dist. Scire. i. e. c. Scire. Dist. 76. vel ita 90. Placuit &c. Perlatum. i. c. placuit & c. perlatum Dist. 90.

§. III. CAUSÆ allegari solent juxta numeros, & quidem per literam C. hoc modo C. Principatus C. Q. i. id est Can. Principatus. Causa i. Quæst. i. Vel etiam ita brevius moderni Dd. allegantc. 3. c. 12. q. 5. Ubi sem

Semper primum C. Canonem, secundum C. causam denotat; Alii illi C., quod causam significat, literam & addere solent ita: 1. 36. C. 17. Q. 4. Aliter adhuc allegant Doctores antiqui, qui illud C. quod causam significat, omittunt, & Canonem citant verbō initiali, eidemque numerum subjiciunt, qui non est numerus Canonis, sed causa, E. G. Aperte. 24. q. 1. Hoc ita legendum causione, Aperte. vigesima quarta, (sub-intellige Causa) quest. 1. Quem Canonem moderni Doctores ita allegant c. 36. c. 24. q. 1. Vel etiam haud raro Veteres Dd. allegant ponendō verba initialia Canonis post quæstionem, E. G. 7. q. 1. Denique id est. Causa, id est, Causa 7. q. 1. item 14. q. 5. Dixit domino, id est Causa. Dixit Dominus Causa, 14. quest. 5. Quales abbreviationes ita legenda, E. G. 9. q. 3. Cuncta. ita Non, (i. e. causa) quest. 3. cuncta i. e. Canone ita incipiente. In evolutione autem primo quærenda causa, post quæstio, tertio demum Canon; Numerus autem Causæ & Quæstionis

m. 1

onis in superiori cujusvis paginæ  
parte conspicitur; Canonis nume-  
rus à latere quærendus.

§. IX. Notandum autem in *Can.*  
*XXXIII. Quæst. III.* inseri Tractatum  
de *Pænitentia*, qui habet septem spe-  
ciales Distinctiones, & ita allega-  
ri solet C. Pernitosè. de *Pænit.* *Dist. I.*  
sive quod idem est c. 23. de *Pænit.* *D. I.*  
id est *Can.* 23. de *Pænitentia. Distinct.*  
i. quod in *Can. 33. in quæst. 3.* quærren-  
dum; vel ut Veteres allegant de *Pæn.*  
*Dist. I.* *Homicidiorum* id est *Can. Ho-*  
*miciidiorum de Pænitent. Distinct. I.*

§. 10. DE CONSECRATIONE  
Tractatio specialis subjecta est post  
absolutas causas, & continet Distin-  
ctiones quinque, & ita allegatur c.  
*Triforme, de Consecrat. Distinct. 2.* sive,  
quod idem est. c. 2. *de Consecr. D. 2.*  
*i.e. Canone 2. de Consecrat. Distinct. 2.* Ve-  
teres brevius allegant hac ratione.  
*de Con. D. 4. Postquam i. e. Can. Post-*  
*quam de Consecrat. Distinct. 4.* vel ita  
*d. Conf. D. 3. Nōsse i. e. Can. Nōsse, de Con-*  
*secrat. dist. 3.*

Huic tractatui subjiciuntur CA.

B

NONES

NONES POENITENTIALES, ET CANONES APOSTOLICI, qui ita allegantur  
*Can. Pænitential. 14. Can. Apostol. 32.*

§. XI. DECRETALES apud Dd. communiter allegantur per X quod significat Extra textus verò in iisdē per c. id est *capitula E.G.C. Quotiens X. de Pæt. Hic quærendus in indice Decretalium Titulus de Pætis*, quo libro ille habeatur, & titulō invento, quærendus in eo *Canon incipiens Quotiens*. Libri enim & Tituli numerus hic perinde non allegatur, prout in jure Civili. Moderni Dd. ita allegant. c. 6. *X de Decim. id est capit. 6. Extra de Decimis*. Veteres verò Dd. literam X. plerumque solent omittere, & post titulum demum pone re verbum initiale capituli, *E.G. de Sponsal. Ex parte*, id est c. *Ex parte. X. de Sponsal.* Alii verò ita: *ext. de Simon. Nobis. i.e. c. Nobis X. de Simonia.*

§. XII. SEXTUS DECRETALIUM perinde allegatur, ut de Decretalibus dictum; differentiae tamen causâ, si ex Sexto titulus allegetur, addi solet in 6. vel lib. 6. litera verò

verò X. tunc solet omitti, E. C. e.  
Gratia de R. r. i. n. 6. vel c. 2. de Pre-  
bend. lib. 6. Vel juxta Veteres ita : de  
Elett. quanquam lib. 6. id est. c. Quan-  
quam de Elett. in 6.

§. XIII. CLEMENTINÆ Con-  
stitutiones non per capitula alle-  
gantur, sed verbo Constitutionis  
initiali præmittitur Clem. vel C. E. G.  
Clem. Multorum de pœnis, qui titulus  
in indice titulorum quærendus. Vel  
juxta veteres de Sepult. Dudum in Cle.  
id est, Clementin. 2. de Sepulchro.

§. XIV. EXTRAVAGANTES  
quoque allegantur per rubricas,  
nomen vero Capituli omittitur, &  
ejus loco additur Extrav. E. G. Ex-  
travag. Dierum, de Poen. id est, Ex-  
travagante. Dierum. de Pœn. Sed quia  
Extravagantes sunt duplices, ~~aliæ~~  
Johannis Papæ XXII. aliae vero com-  
munes, ad confusionem vitandam  
illas simpliciter sub nomine extra-  
vagantium intelligimus, has vero  
allegamus Extrav. Comm. E. G. Extrav.  
Comm. Et si de injur. & damn. dat. Vel  
juxta veteres Dd. Extrav. Comm. de

B 2

Injur.

*Injur. Epf.* Rubricæ autem repe-  
riuntur in indice Extravagantium;  
qui sub frontispicio Sexti Decretali-  
um exhibetur, ubi & Clementi-  
narum index habetur.

§ XV. INSTITUTIONES JURIS  
CANONICI LANCELLOTTI  
rarius ob defectum auctoritatis al-  
legantur, & in illis interdum nu-  
merus Libri & Tituli additur, inter-  
dum non, E. G. cap. Non tam n. Inst.  
*Lancell. Lib. 2. t. 19.* vel etiam eundem  
textum ita allegant, c. Non tamen, Inst.  
*Lanc de Union. Eccles.*

§ XVI. SEPTIMUS DECRETA-  
LIUM LIBER, qui noviter Cor-  
pori juris Canonici accessit, à mo-  
dernis Dd. interdum & Historicis  
allegari solet. Allegandi tamen  
ratio eadem est, quæ in *Sexto De re-  
taliis*, nisi quod pro t. hic ponan-  
tur. E. G. c. *Nullus de Offic. Legat in*  
7. vel in alio exemplo c. 4 de  
*For Comret. in 7. c. 1. de*  
*Vot. lib. 7.*

F I N I S.

DECAS I.  
Differentiarum Juris  
Civilis & Canonici.

Diff. I.

JURE CÆSAREO prohibitum  
matrimonium Tutoris cum pu-  
pilla 101. it. C. de Interdict. Matrim.  
inter pupill. & Tut. Sc. Præsidis cum  
Provinciali L. 6. C. d. Nupt. Sena-  
toris cum Liberta L. buni. em 7. C.  
de Incest. Nupt. L. Pa. ja 23. de Rit.  
Nupt. (Jure tamen Civili novissimo  
nuptiæ Senatoris cum Liberta per-  
missæ, Auth. Sed novo Jure C. de Nat.  
Lib.) Raptoris cum rapta L. untc. C.  
de Rapt. Virg. seu Viduarum Sc. Adul-  
teri & adulteræ Nov. 134. c. 12. JU-  
RE verò PONTIFICIO matrimo-  
nium Tutoris cum pupilla a.g. C.  
Cum locum 14. X. de Sponsal. Præsidis  
cum Provinciali, Senatoris Liber-  
ta c. 3. si quis an illam 29. qu. 2 Raptor-  
is cum rapta c. cum causam Sc. f. X.  
de Rapt. Adulteri cum adultera, nisi  
viva priori conjugi promissum ma-

B 3

tri-

trimonium vel insidiæ vitæ structæ,  
c. 6. X. de eo qui dux. in ux. est permis-  
sum. Quid usū hac in re obtineat  
tradit Magnif. Dn. Brunn. in f. d.t.  
*C. de Interd. Matr. &c. Carpz. p. 4.*  
*Conſt. 20. def. 17. &c. 30. d. 7. n. 10.* Poti-  
ſimum verò hoc paſſu ſequimur  
Jus Canonicum.

II. JURE CIVILI licere cum he-  
reticis mifcere conjugia haud pauci-  
afferant; propter L. ſi legibus 16. C. de  
Epif. op. Audiente. JUS CANONI-  
CUM talia connubia detestatur,  
niſi promittant ſe Christianos &  
Catholicos eſſe futuros. c. 16. C. 28.  
*queſt. 1.* imò dotes contrahentium  
cum hæreticis confiſcantur c. 14. de  
Haret. in 6. An hodiè matrimonio-  
um fideliſ cum infideli ſubliſtat?  
Vid Gerhard de Conjug. §. 394. Carpz.  
*Jurispr. Confifor. lib. 2. def. 6.* Add.  
Brunn. de Jur. Ecclef. 2. 6. 17. §. 8. in not.

III. JURE CIVILI inter Servos &  
Ancillas non conſiſtit matrimonio-  
um, ſed eorum conjunctio contu-  
berniuſ vocatur L. 3. C. de Inceſt. &  
*Inut.*

*Inut. Nupt. JURE CANONICO* Ser-  
vi etiam dominis invitis contra-  
hunt matrimonium *c. I. §. 101. tit. X.*  
*de Conjug. Servor. c. si quis liber. 2. §*  
*c. seq. 29. qvast. I.* Hodie nis mo-  
ribus num Servitus matrimonium  
impedit? vid. Gerh. *d. I. §. 399.*

IV. Spado JURE CIVILI matri-  
monium contrahit, si castratus non  
sit *L. 39. §. si Spadoni ff. de Jure dot.* Sed  
JURE CANONICO non magis,  
quam infans, talis spado nuptias ce-  
lebrare potest, cum utriusque debi-  
tum reddere nequeant *c. 2. X. de frig.*  
*& malef.* Num usus modernus Eu-  
nuchis & Spadonibus matrimoni-  
um concedat, tractat. Gerh. *d. I. §. 235.*  
De Castrato vid. *notæ ad Jus Eccles.*  
D. Brunn. *l. 2. c. 17. §. 2.*

V. JURE CIVILI propter prolix-  
incertitudinem & sanguinis confu-  
sionem prohibitum; ne viduæ in-  
tra annum luctus nubant *l. 1. 2. C. de*  
*Sec. Nupt. JURE* autem CANO-  
NICO hæc Juris Civilis constitutio  
abrogata, & Viduæ potestas dara  
etiam

etiam intra annum luctus nubendi  
e. pen. & ult. X. de Sec. Nupt. De poena  
Viduæ intra annum luctus nubentis  
moderna Vid. Carpz. p. 4. Conf. 21.  
def. 10. ubi eam extraordianariè pu-  
niendam dicit in Saxonia, si Consi-  
storii consensum non adhibuerit.

VI. JUS CIVILE secundas nuptias  
intra annum luctus ineuntibus  
præter infamiam & alias poenas ir-  
rogat, quas reperimus in l. 1. 23. & 6. C.  
de Sec. nupt. Nov. 22 c. 22. JUS CANO-  
NICUM ab infamia ista secundo  
nubentes tantum liberat, reliquias  
autem poenas, prælertim qvæ proli-  
um prioris thori favorem concer-  
nunt, in suo vigore relinquunt. argum:  
e. f. X. de Sec. Nupt. Conf. Zæf. Comm.  
ad l. 23. ff. Tit. 5. n. 26. Quam Juris  
Canonici dispositionem etiam Praxi  
obtinere non dubitatur: Nisi vi-  
dua uterum gerens ex matrimonio  
priori, cum alio nuptias celebret, vel  
alias luxuriosè intra annum luctus  
vivat; Qvo casu in talis feminæ ad-  
huc locum habere infamiam vult  
Magnif. Dn. Brunn. ad l. 1. & Autb.  
seq. C. de Sec. N.

VII.

VII. JURE CIVILI à conjugato in  
Solutam non committitur Adulter-  
rium l. 6. §. 1 ff. ad L. Jul. de Adul. quia  
sanguinis confusio & prolixi incerti-  
tudo inde non oritur. JURE CA-  
NONICO Adulterium etiam is vir  
committere dicitur, qui rem habet  
cum Soluta c. 4. nemo 37. qu. 4. e. apud.  
nos &c. f. ead. eauff. qu. 5. Hodie Jus  
Canonicum servamus, & cum con-  
jugatus soluta rem habens adulteri-  
um committit, poena ipsi dictatur  
capitalis in Electoratu Saxoniae vid.  
Gerhard. cit. l. §. 511. Carpz. P. 4. C. 19.  
d. 8. Extra Electoratum verò est  
fustigationis. Brunn. in Proc. Inquisit.

6. 9. n. 43.

IIX. JURE CIVILI Naturales  
Spurii, aut aliás illegitimè nati ab of-  
ficiis & honoribus non excluduntur  
l. 2. §. nullum 7. l. generaliter 3. §. 2.  
§l. Spurii 6. ff. de Decurion. JURE  
verò CANONICO contrarium  
observari videtur pere. in famibus 87.  
de R. I. in 6. Quid verò usū hic ser-  
vetur, vid. Carpz. p. 3. Conf. 10. def.  
10. n. f.

IX. JURE CIVILI liberis ex damnato coitu natis non debentur à Parentibus alimenta Nov. 89. c. 15.  
Auth. Ex complexu C. de Incess. & inutil.  
Nupt. JURE verò PONTIFICIO æquitatis prætextu istis liberis alimenta præstanda c. 5. inf. X. de eo qui dux. in Matr. quam poll. &c. Qvæ Juris Canonici dispositio Juri naturæ magis conveniens, hodiè etiam usu servatur. Conf. Magnif. Brunnum.  
*ad d. Au:b.*

X. JURE CIVILI pubertas ex numero annorum æstimatur princip. Inst. quib. mod tutel. fin. l. 3. C. quando Tut. vel Cur. esse desin. JURE CANONICO puberes inspecto habitu corporis dicuntur c. 3. X. de Despons. Impub. In praxi jus Civile sequimur.

## DECAS II. Differentiarum Juris

Civilis & Canonici.

Diff. I.

JURE CIVILI Parentum consensus in nuptiis liberorum de necessitate

sitatere quiritur l. ii. ff. de Stat. hom.  
16. §. i. i. 18 ff. de Rit. nupt. JURE autem  
CANONICO ob honestatem tan-  
tum Parentum consensum adhi-  
bendum esse volunt per e. cum causa  
6. X. de Rapt. &c. per tuas X. de Condit.  
appos. in Delfons. Quidhodie circa  
hunc parentum Consensum obti-  
neat? Vid. Gail. l. 2. Obs. 93. n. 3. Sane  
& matris Consensus hodie est ne-  
cessarius Carpzov. Jurisprud. Eccles.  
l. 2. def. 44.

II. Filius hereditatem restituere  
rogatus JURE CIVILI deductione  
sive Legitimæ, sive Trebellianicæ  
portionis contentus esse debet l. 22.  
§. 2. ff. ad S. & T. Trebell. l. 6. C. eod. l. in quar-  
tam 91. ff. Ad L. Falciid JURE CANO-  
NICO duplicitis quartæ deductio  
permissa, c. Raynulius & Raynaldus.  
X. de Testam Praxis vero hodierna  
distinguit inter fideicommissum  
purum & conditionale. Vid. Gail. l. 2.  
Q. 121. In illo una detrahitur quarta;  
In hoc utraque, Carpz. P. 3. C. 1. def.  
20. q. quæ praxis etiam in Parente  
hereditatem restituere rogato lo-

B 6

cum

cum habet. Fachin. l. 12. Con*tro*v. e. 8.  
Gail. all. l. n. 11.

III. JURE CIVILI Mulier pro aliis postulare nequit. I. 18. C. de Pro*cur*. l. 1. §. 5. ff. de Postuland. JURE CANONICO hæc distinctio non attenditur, sed indistinctè Mulier Procuratricem agere potest c. 4. X. de Con*fir*. util. & inutil. Praxis Communis Juris Civilis dispositionem servat, ut mulier pro se postulare possit, non pro aliis. Jure vero Saxonico aliter servatur, Conf. Zang. de Except. p. 2. t. 8. n. 10. Ibi enim & in propria causa Curatore opus habet. Carpz. P. 1. C. 1. def. 30.

IV. JURE CIVILI infames procuratoris officium gerere non prohibentur §. f. Inst. de Except. JUS CANONICUM illos ad tale munus superveniendum non admittit c. L. 52 c. 3. q. 7. Quid hodie obtineat. Vid. Constitut. Maximil. de Notaria A. 1512. Coloniae lata §. Erstlich ordnen. Zang. all. l. n. 101.

V. JURE CIVILI ex Voto filii fam. sine autoritate & consensu Patris

B7

facto

facto nulla producitur obligatio. l. 2.  
§. 1. ff. de Pollici. JUS CANONICUM.  
autem votum filii famil. sine con-  
sensu Patris ad obligandum vult esse  
efficax. arg. c. I. X. de delictis. Puer. Et  
hoc Praxis videtur recepisse, quoti-  
es votum tale est, quod non concer-  
nit bona filii, & quod non impedi-  
mento est filio, quo minus patri  
debitum filiale exhibere possit. Vid.  
Dn. Brunnemann. ad l. 2. ff. de Polli-  
citatis.

VI. JURE CIVILI minor. 25. an-  
nis, major tamen 17. secundū q̄ vos-  
dam potest esse Procurator ad Li-  
tem. § 5. Inſtit. quib. ex can. man. non  
lie. JURE CANONICO non potest  
esse c. s. §. f. de Procur. in 6. Mores ho-  
dierni hac in re lequuntur Cano-  
nes. Vid. Zang all. n. 91. præsertim  
si Exceptio minorenitatis à parte  
adversa opponatur.

VII. JURE CIVILI universitas  
non constituit Procuratorem, sed  
Syndicum l. 1. c. 1. t. 1. quod iijusc. Uni-  
vers. JURE CANONICO verō  
omnis administrator venit appela-  
tione

Iatione Procuratoris c.2. X. de in integ.  
Reſt. l.c. 9. X. de Procur. Qvod Jus Ci-  
vile tamen usu fervatur Carpz. p.  
l.c. 13. d. 5. n. 1.

IX. JURE CIVILI non omnis  
de crimine condemnatus redditur  
infamis l.7. ff. de Publ. Jud. JURE au-  
tem CANONICO omne Crimen  
commisum infamat. c. constituimus  
9. C. 3. qu. 5. Praxis Jus Civile se-  
qvitur.

IX. JURE CIVILI pacta de adi-  
menda vel danda successione non  
valent l.15. & f.C. de Pact. adeo ut nec  
juramento firmari possint. Propter  
l.5. C. de LL. JURE CANONICO ta-  
lia pacta juramento firmata sunt ser-  
vanda c. quamvis de Pact. in 6. Qvan-  
do & qvomodo licitum de hæredi-  
tate futura pacisci. Vid. Dn. Brunn.  
ad d. l.f. Carpz. p.2 Conf. 35. def. 17. & 2.

X. JURE CIVILI pactum Anti-  
chreticum est permisum arg. l.11 §. 1.  
ff. de Pign. Act. JURE CANONICO,  
quia usurariam pravitatem sapit, est  
prohibitum c.7. X. de Jurejur. c.1. & 8.  
de Usur. Qvænam Antichresis hodiè  
licita

licita? Conf. Carpz. p. 2. c. 30. d. 40.  
§ 41.

## DECAS III. Differentiarum Juris Civilis & Canonici,

Diff. I.

JURE CIVILI usuræ moderatæ sub  
certa quantitate in l. 26. C. de Usur.  
§ Nov. 32. præscripta sunt licitæ. JU-  
RE CANONICO verò prohibitæ  
videntur tot. t. X. de Usur. De usuris  
hodiè licitis vid. Recess. Imper. de Anno  
1577. Tit. 17. von wucherlichen Contra-  
eten. Conf. Dn. Brunn. ad d. l. 26. C. de  
Usur. Carpz. P. 2. Conf. 30 def. 1.

II. JURE CIVILI circa heredem  
non impletarem voluntatem de-  
functi, distinguitur inter Extrane-  
um & Filium. Ille omnia sibi  
relicta perdit: hic verò legitimam  
retinet salvam L. f. § Auth. Hoc an-  
plius C. de Fideicom. JURE autem  
CANONICO æquè filio ac extra-  
neo non implenti voluntatem de-  
functi, omne relictum aufertur e.  
t. X. de Test. e. Lict. Universis 6. X. de

Vet.

*Vot. Redempt.* In Praxi Jus Civile  
sequimur.

III. JURE CIVILI hæres non  
conficiens Inventarium etiam ultra  
vires hæreditatis tenetur *L.f.C.de Ju-  
re delib.* JURE autem CANONI-  
CO perdit duntaxat Jus detrahen-  
di quartam. *c.Raynaldus X.de Teflam.*  
Praxis communis observat Jus Ci-  
vile. *Carpz. p.3. Conſt. 14. def. 14. num. 7.*  
Aliud verò Jure Saxonico, ubi ultra  
vires hereditatis nunquam tenetur,  
& specificatio Jurata supplet vicem  
inventarii.

IV. JURE CIVILI concubinatus  
reperitur permisus *L.un.C.de concub.*  
JURE verò CANONICO est im-  
probatus. *c. audite ebarissimi Diſt. 34.*  
*c.5. Concubinae. 32. q. 2. c. n. mo 23. qu. 4.*  
Moribus hanc conjunctionem im-  
probata esse, videre est ex *Ord. Pol.*  
*Anno 1548. Tit. 26.* Et sic hodie inter  
naturalem & Spurium nihil in-  
terest.

V. JURE CIVILI per divortium  
dirimitur matrimonium semper  
q'voad Jus seu vinculum *Nov. 1:7.*  
*c.8.*

6.8. JURE verò CANONICO di-  
vortium tantum inducit separatio-  
nem corporum, & dirimit tantum  
cohabitationem conjugalem, c. dicit  
Dominus C. 32. q. 1. c. 1. X. de divort. Ho-  
diè non solum diuortium quoad  
vinculum, sed etiam quoad thorum  
& mensam tantum, certas ob cau-  
sas concedi, testis est Carpz. juru-  
pr. Eccles. def. 212. & seqq. lib. 1.

VI. JURE CIVILI Clericis non  
est interdictum fidejussione &  
sponsione pro aliis intercedere; li-  
cet jure novo prohibitio subsecuta  
in Nov 123, c. 6. JURE autem CA-  
NONICO prohibentur sub poena  
depositionis fidejubere c. 1. X. de fidej.  
In Praxi merito abstinere te debe-  
ret fidejussione, extra casum neces-  
satis & pietatis. Hering. de fidejuss.  
c. 7. n. 239.

VII. JURE CIVILI etiam Clerici  
possunt docere & audire Jus Civile,  
quia nullibi prohibentur. JURE  
CANONICO Clerici prohibentur  
a Scholis Juris Civilis, & iubentur  
contenti esse studio Theologiae. c.

C

super

super specula 28. X. de Privil. & Excess.  
¶ e. f. X. Ne Cler. l. Menoch. secul. ne-  
gor. &c. Praxis hujus rara est. Pon-  
tificii tamen præsertim moralistæ,  
sub prætextu Juris Canonici multum  
Juris Civilis studio impendunt, quod  
libri eorum testantur de Justitia &  
Jure.

IIX. JURE CIVILI Clericus  
suo Foro renunciare potest l. si  
quis in conscribendo c. de Past. JURE  
autem CANONICO talis renun-  
ciatio nullius momenti esse jube-  
tur c. 12. si diligenti X. de Foro comp.  
In Praxi valet renunciatio, si causa  
non concernat ejus officium.

IX. JURE CIVILI blasphemanti-  
tes ultimo supplicio afficiuntur  
Nov. 77. c. 1. §. 2. JURE autem CANO-  
NICO poena quedam mitior præ-  
scripta in cult. X. de Maled. Usus verò  
modernus quomodo blasphemato-  
res puniat, Vid. Carpzov. p. 4.  
const. I. def. 1. 2 seqq.

X. JURE CIVILI is solus cen-  
setur homicida, ex cuius ictu pe-  
riit vulneratus à pluribus l. si in rixa  
ff. ad

*f. ad L. Cornel. de Sicc.* Sed **JURE CANONICO**; si plures eundem vulnerant, qui deinde mortuus, omnes homicidæ censentur *c. 34. C. 23. q. ult.*  
Qyomodo Praxis hac in re pro-  
cedat? Vid. Gail *L. 2. Obj. 109.*

Carpzov. **Pr. Crim.**

*Q. 25.*

## DECAS IV. Differentiarum Juris Civilis & Canonici.

Diff. I.

**JURE CIVILI** maximè pro-  
pter successionem ab intestato computantur gradus, ut sciamus  
quis defuncto, de cuius hæreditate quæritur, sit proximus. *L. 16. pr. ff.*  
*degrad. & aff. Sc.* JUS verò CANO-  
NICUM propter prohibitionem & permissionem nuptiarum sup-  
putationem graduum instituit, &  
ut aperta monstretur usque ad  
quotam generationem à Consan-  
guineorum nuptiis sit abstinentum  
*c. 2. ad sedem. 35. qu. 5.* Praxis in causis

**C 2 matri.**

matrimonialibus supputationem graduum Canonicam observat,  
Joh. Gerh. in Loc. Th. eol. de Conjugio §. 253. Carpz. p. 4. cons. 23. def. 9. n. 2.  
Quanquam computationem Juris Civilis justiorem computatione  
Canonicā, suis vitiis non destituta existimem cum Bachov. ad Treut.  
vol. 2. diss. 6. tb. 2. lit. F.

II. JUS CIVILE in Lineā Collaterali ita gradus numerat; ut ab una personā, de cuius cognatione quæritur ascendens ad stipitem, ab eodem rursus descendat ad alteram personam in latere opposito. E. G. Si quæratur frater qvoto gradu distet a suo fratre, primum ab uno fratre ascendentū ad caput utriusq; scilicet Patrem, deinde descendendum ad alterum fratrem, & reperiemus fratres duobus gradibus distare, quod & confirmat L. 3. C. de Leg. bāred. et Princip. in j. inst. de Grad. Cogn. JUS verò CANONICUM in supputatione graduum lineæ collateralis duas obseruat Régulas; aliam in linea æquali aliam in linea inæquali. In Lineā æquali hanc: Quo gradu alter-

alteruter distat à communi sibipite, tote  
gradu distant inter se. In Linea in-  
æquali hanc: Qvoto gradu remotior  
distat à communi sibipite, eo gradu di-  
stant inter se. Quas regulas colligi-  
mus ex c. 3. & f. X. de Consangu. & Aff.  
Praxis eadem, quæ in Thesi præ-  
cedente.

III. JUS CIVILE in Linea colla-  
terali admittit quartum gradum  
personarum nuptias contrahenti-  
um, quod patet ex §. Duorum 4. In-  
stit. de Nupt. & l. 19. C. de Nupt. Nisi  
conjugendi sint sibi Parentum &  
liberorum loco §. 5. Inst. de Nupt.  
JUS verò CANONICUM hujus  
Lineæ prohibitionem latius exten-  
dit, & quidem olim usque ad 7. c. 1.  
c. 7. & 16. progeniem C. 35. qu. 2. & 3. ho-  
diè verò usque ad 4. gradum inclu-  
sive c. pen. X. de Consangv. Hodiè li-  
cet etiam Jure municipali sint con-  
sobrinorum connubia prohibita,  
ob causas tamen dispensationem  
sieri posse tradit Magnif. Dn Brunn,  
ad l. 19. C. de Nupt. Alias Jure Mar-  
chico Matrimonium in quarto gra-  
du computationis Canonicae per-  
mit.

mittitur, nonverò in tertio. *Ordine.*  
*Consistor de Anno 1573 Art. 58.*

IV. JUS CIVILE nulos affinitatis gradus propriè constituit L. 4. § 5. ff.  
*de Grad & affin. JURE autem CANONICO* gradus affinitatis numerantur, & quidem ita: Qvoto gradu quisque jure canonico est cognatus alteri conjugum, toto gradu alteri conjugi est affinis c. 3. porrò 35. q. 5. c. 13. 35. q. 2. & 3. Praxis sequitur Jus Canonicum.

V. JURE CIVILI primùm prohibitæ tantum nuptiæ erant inter affines, qui parentum & liberorum loco sunt. L. 39. ff. *de Ritu nupt. L. 4. §. 4. de Grad. §. 6 & 7. Inst. de Nupt.* Postea verò constitutionibus Impp. ex simili analogia etiam inter eas personas affines interdicta est conjunctio quæ se habent, ut frater & soror L. 5. § 8. C. *de Inst. nupt.* JURE autem CANONICO hodiè in affinitate primi tantum generis, prohibitio risque ad quartum gradum est facta c. pen X. *de consangu. & Aff.* Licet antiquitus etiam hæc prohibitio ad secundum

cundum & tertium genus fuerit ex-  
tenla c.3. §7. causa 35. qv. 1. §2. Qva-  
nam nuptiae ratione affinitatis ho-  
diè prohibitæ. Vid. Struv. *Syntagma*  
*J.C.Exc. XXIX. ib. 45.* & Dd. ibi alleg.  
Brunnem. *Jur. Eccles. l.2.c. 16. § 23.*

VI. JURE CIVILI nulla affinitas  
oritur, nisi ex justis nuptiis *L.4. §.3.*  
*affines ff. de Grad. & Affin.* Jure CA-  
NONICO etiam ex Sponsalibus  
tam justis quam injustis contrahitur  
affinitas *c.3. §4. X. de Sponsal.* Praxis  
videtur Jus Canonicum observare,  
cum & hodiè sponsam fratrī mei  
defuncti Uxorem ducere nequeam  
propter rationem, quam refert Dn.  
Brunnem. *ad L. 5. C. de Incep. nupt.*  
Licet dispensatio hoc in casu fieri  
possit. *Carpz. l.2. Jurispr. Ecl.D.121.*

VII. JUS CIVILE tantum agno-  
scit Sponsalia de Futuro nulla de-  
præsentि, nec Hierologia Jure Civili  
necessaria, quia hoc jure sufficit so-  
lus consensus ad nuptias contra-  
hendas *L.30. ff. de R. I. l. 9. & 22. C. de*  
*Nupt. Struv. Ex. XXIX. b. 10.* JURE  
autem CANONICO alia Sponsalia  
de

de Præsenti e. g. 15. X. de Sponsal. alia  
de Futuro dicuntur c. 3. nosfrates C. 30.  
q. 5. sicut & hoc jure Hierologia Sa-  
cerdotalis necessaria. c. Alicher. C. 30. q.  
5. In Praxi Sponsalia, in quibus con-  
sentus adhuc suspensus de futuro  
dicuntur; Quæ verò simpliciter  
inita, de præsenti. Sicut moribus  
nostris Benedictio Sacerdotali  
quoque necessaria est. Carpz. d. lib.  
2. def 142.

VIII JURE CIVILI conditio na-  
turâ Impossibilis Sponsalibus adje-  
cta videtur vitiare ipsa Sponsalia  
contra c. 1.31 ff. de O & A. l. 7. de V.O.  
JURE verò PONTIFICIO ejusmo-  
di conditiones pro non adjectis ha-  
bentur. c. 1.1. X de Cond. appos. Quid  
hodiè circa tales conditiones obti-  
neat. vid Bechstad. de condit. Spons.  
p 1. c. 5. Brunnem. de Jur. Eccles. l. 2. c.  
16. §. 14.

IX. JURE CIVILI etiam in Spon-  
sam à Sponso raptus committitur  
l. un C. de Rapt. Virg. cuius ratio in l. 1.  
C. de Sponsal. JURE CANONICO in  
eam tantum raptus fit, quæ despon-  
fata

sata non est r. s. X. de Rapt. et. I. de Adult.  
Et stupr. Hodiè in Sponsam de pre-  
senti raptum non committi vult  
Brunnem, ad l. un. C. de Rape. Virg. cum  
Dd. ibi alleg.

X. JURE CIVILI stuprum com-  
mittitur in Viduam, Virginem &  
puerum l. 34. §. I. ff ad L. Jul. de Adult.  
JURE autem CANONICO stuprum  
est illicita virginum defloratio c. 2.  
X. de Adult. Et stupr. Hodiè æqvè  
in vidua ac virgine stuprum com-  
mitti testatur Carpz. p. 4.

conf. 27 def. 4. n. 1.

## DECAS V.

### Differentiarum Juris Civilis & Canonici.

Diff. I.

JURE CIVILI ob impotentiam  
coëundi indistinctè non statim  
ad solutionem Matrimonii prope-  
rari poterat, sed veteri jure expe-  
ctandum erat biennium totum à  
contracti matrimonii tempore. L.  
10. C. de Repud. Pro quo biennio  
tamen Jure Novo in Nov. 22. c. 6. Et

C 4

Aub.

*Autb. Sed hodie C. de Repud. subrogatum est triennium. JURE verò CANONICO, si statim constet de Impotentia mariti judicio Medicorum, statim etiam dissolvitur matrimonium; sin secus, perinde ut Jure Civili triennum est expectandum. c. 5. X. de Frig. & Malef. Qvænam impotentia, & qvomodo illa hodie matrimonium solvat? Conf. Gerhard. de conjug. §. 658. 659. seqq. Brunn. de Jur. Eccles. l. 2. c. 17. §. 2.*

**II.** *JURE CIVILI ex nudo pacto nulla producitur Actio, sed tantum Exceptio L. 7. §. 4. ff. de Pact. JURE autem CANONICO ex tali pacto obligationem produci plerique assentunt, propter c. 1. X. de Patt. Hodie verò moribus ex qvovis pacto licito & seriò inito actionem dari satis patet. Carpz. p. 2. C. 19. d. 17. n. 8. Schnob. Disp. Pand. 2. tb. 26.*

**III.** *JURE CIVILI, si una res pluribus vendita, tunc præfertur, cui res illa prius tradita L. quoties 15. c. d. R. V. JURE autem CANONICO constitutum, ut is, cui alicujus beneficij*

neficii primū concessio rite fa-  
cta, præferatur alteri, cui idem be-  
neficiū postea concessum & ipsi-  
us traditio facta c. *Tibi* 12. d. *Rescript*,  
in 6. Quid hodiè hac in re obtineat  
Vid. *Gail.* l. 2. *Obf.* rv. 55. n. 9. seqq.

IV. JURE CIVILI Fidejussori  
competit beneficium Excussionis  
seu Ordinis, ut Debitor Principalis  
prius conveniatur, *Auth.* *Præsenie*  
*C. de Fidejuss.* Qvia autem hæc  
Excussionis Exceptio de apicibus Ju-  
ris est; ideoque putant nonnulli  
JURE CANONICO non obtinere,  
quia eo Jure subtilitates juris non  
curantur. *arg. e. cum dilecti X. de Judicis*  
*conf.* *Gail.* 2. O. 27. n. 28. Qvando &  
inter quos hodiè hæc exceptio ob-  
tineat Vid. *Dn. Brunn.* ad d. *Auth.* &  
*Dn. Carpz.* p. 2. c. 18 D. 15. 17. & seqq.

V. JURE CIVILI Eilius vivo Pa-  
tre nullum jus in Legitima habet,  
nec illam petere potest *L. I. §. 22. ff. de*  
*collat.* *L. cum queritur C. de Inoff. Test.*  
Imò nec eo casu, quo Pater mona-  
sterium ingreditur. *Auth.* *Siqua mu-*  
*lier C. de SS. Eccl.* JURE verò CA-

C 6

NO.

**NONICO** Patre monasterium ingrediente potest Filius Legitimatam petere à Monasterio, in qvod Pater bona per Monachismum transstulit, ob rationem, qvæ habetur in c. pl. cuius C. 16. q. 1. c. 14. de Regular. Moribus dictæ Authenticæ non est derogatum.

VI. JURE CIVILI sufficit, si ab initio præscriptionis b. fides adfuerit. L. 48. §. 1. ff. de A.R.D. & L. 48. ff. de Usurp. JURE vero CANONICO reqviritur, ut toto præscriptionis currentis tempore adfuit b. fides c. f. X. de Præscript. Juris Canonici dispositio-  
nem Praxin obseruare testatur Gail. l. 2. O. 18. n. 10.

VII. JURE CIVILI in præscriptio-  
ne longissimi temporis, tempus nadum cum simplici possessione conjunctum absque b. f. & justo titulo sufficit L. 3. § 4. C. de Præscript. 30.  
l. 40. ann. JURE autem CANONICO non tantum in præscriptione lon-  
gissimi temporis, sed etiam in im-  
memorali semper b. f. & titulus re-  
quiritur c. pen. 5. ult. X. de Præscript. Et

Et hodiè hac in parte Jus Canonum  
cum in usu esse testis est Dn. Brunn.  
inf. L. I C de Praesir. 30. L. 40. Ann.

VIII. JURE CIVILI de Crimine licet  
citetum est transfigere L. 18. C. de  
Transact. JURE vero CANONICO de  
nullo Crimine licet transfigere, quia  
nullum delictum illud Jus capitali-  
ter punit c. 36. 23. q. 8. De transacti-  
one criminum hodiè permitta vid.  
Dd. ad d. L. 18. & passim.

IX. JURE CIVILI regulariter seqve-  
stratio Judicialis necessaria est pro-  
hibita L. un. C. de proib. Seqvestr. JURE  
vero CANONICO regulariter illam  
volunt permittam tot. iit. X. de Se-  
questr. poss. Qvænam & quando se-  
questratio hodiè licita, tradit. Dn.  
Brunn. add. L. un. & Dd. ibi cit.

X. JURE CIVILI nullibi permitti  
dicunt hominis Seqvestrationem,  
quamvis hoc simpliciter non admittendum,  
ob L. 3. S. 6. ff. de liber. exhib.  
JURE CANONICO puella potest seqwestri-  
ari, quæ à Parentibus minis in-  
ducitur ad contrahendum matri-  
monium. c. 14. de Sponsal. c. pen. de rno-  
bat

bar. Etiam hodiè pendente litē de  
Sponsa duorum, puellam apud  
honestam matronam sequestran-  
dam esse tradit *Gail. l. i. O. 112. n. 15.*

## DECAS VI. Differentiarum Juris Civilis & Canonici.

### Diff. I.

JURE CIVILI in Criminalibus  
causis examen testium alii, quām  
Judici committi nequit, propter  
majorem circumspectionem, quæ  
ibi requiritur *L. Judices 18. & Auth.*  
*apud Eloquentissimum C. de Fid. instr.*  
JURE autem CANONICO in cau-  
sa Criminali & Civili hoc est per-  
missum c. si qui testium 8. X. de Testib.  
vel Attest. Jus Civile usu esse com-  
probatum docet *Gail. l. i. O. 96. n. 10.*  
licet ex justa causa etiam alii quan-  
doque examen committi subjiciat.

II. JURE CIVILI tam in causa  
Civili, quām Criminali testes, si no-  
nuerint, cogi possunt ad perhiben-  
dum testimonium *L. 4. ff. de Testib.*  
JURE verò CANONICO in causa

Cri-

Criminali testes cogi non possunt  
et dilectorum 10. X. de Testib. cog. Jus Ci-  
vile usu servatur. Confer. Gaisl. l. 1.  
O. 100.

III. JURE CIVILI mulier potest  
esse testis tam in Civilibus, quam  
Criminalibus, excepto solo testa-  
mento L. 20. §. 6. ff. quod test. fac. poss.  
JURE CANONICO, si causa Cri-  
minalis agitatur, non potest esse  
testis c. 17. mulierem C. 33. q. 5. In praxi  
Jus Civile sequimur. De Uxoris  
testimonio pro & contra Maritum  
Conf. Carpz. p. i. C. 16. Def. s. 1. 52.

IV. JURE CIVILI Parentes & Li-  
beri itemque fratres, nec pro nec  
contra se testimonium ferre pos-  
sunt, et si maximè velint L. 6. C. de  
Testib. JURE CANONICO horum  
testimonio admittenda volunt  
haud pauci, propter c. 14. X. de Pre-  
sumpt. Juris Civilis limitationes &  
usum refert Dn. Brunn. ad alii. L. 6.  
De fratri & sororis Testimonio  
Vid. Carpz. p. i. C. 16. D. 53.

V. JURE CIVILI de Substantia  
Solennis Testamenti requiritur  
septe-

septenarius testium numerus §.3.4.  
*Inst. de Testam.* JURE autem CA-  
NONICO sufficit, si duo tantum  
adhibiti fuerint, quia in Ore duo-  
rum. aut trium consistit omne ve-  
rum c. 10. & seqq. de Testam. Usus hac  
in parte Juri Civili nihil valoris de-  
traxit, nisi in testamento pestis tem-  
pore condito, ubi hodie duo suf-  
ficiunt.

VI. JURE CIVILI Episcopi & Ad-  
ministratores Ecclesiæ non possunt  
testari de bonis, qvæ in officio pro-  
pria industria qvæsiverunt, sed ea  
relinquenda Ecclesiæ. *Auth. Licensi-  
am C. de Episc. & Cler.* JURE CA-  
NONICO de bonis propriis & ac-  
quisitis etiam durante officio, mo-  
do non ex officio qvæsita liberè  
testari possunt c. 21. C. 12. q. 1. excepto  
casu, si liberos vel nepotes non ha-  
beat in c. 34. C. 12. q. 2. Moribus loco-  
rum, ubi Pontifícia Authoritas viget,  
Jus Civile non attendi tradit *Dn.*  
*Brunn. ad d. Auth.*

VII. JURE CIVILI furis non est,  
qui nihil abstulit, qvamvis ingrel-  
sus

sus fuerit Domum alterius furti faciendi causā. L. 21. §. 7. ff de furt. JURE CANONICO etiam is est fur, qui volens furari propter timorem humanum non furatur i. si propterea 29. de penit. Dis. I Moribus Jus Civile observatur, dum poena furti locum non habet, ubi furtum non consummatum. Carpov. 1. 4. C. 32. D. 20.

IX. JURE CIVILI fures poena suspendii non sunt afficiendi §. 5. Inst. de Furt. Aucth. Sed novo C. eod. IJL. RE verò CANONICO suspenditum prohibitum non est, sed hujus poenæ vestigium habetur c. 30. C. 13. q. 2. Hodiè poenam suspendii per totam fere Europam observari satis constat.

IX. JURE CIVILI ad positionem Actoris negativam indefinitam non tenetur Reus respondere, quia per rerum naturam non potest probari L. 23. C. de Probat. JURE verò CANONICO est respondendum C. 1. de Confess. in 6. Jus. Civile in usum esse deductum vult Gai. I. 1. O. 82. n. II.

X. JURE CIVILI recte ac sine

D

vicio

vicio possidens pro defensione pos-  
sessionis suæ potest pugnare. L. 1 C.  
unde Vi. JURE autem CANONI-  
CO Clericus pro rerum suarum  
defensione ne paganis quidem re-  
sistere potest. C. s. dist. 50. Adhuc  
hodiè talem detentionem licitam,  
testis est Struv. de Vindicta  
privata C. 6.

## DECAS VII. Differentiarum Juris

Civilis & Canonici.

Diff. I.

JURE CÆSAREO constante Ma-  
trimonio inter Conjuges Simplex  
Donatio non tantum regulariter  
est prohibita; tot. tit. ff. & C. de Do-  
nat. inter Vir. & Uxor. sed etiam Jus-  
jurandum adjectum, ad talem do-  
nationem firmandam nullas vi-  
res habere debet arg. l. s. C. de LL.  
JURE PONTIFICIO perinde qui-  
dem ut Jure Civili ejusmodi Do-  
natio est illicita, c. Donatio 8.X. de Do-  
nat. int. V. & II. per Juramentum ta-  
men

men additum confirmari potest  
arg. e. cum contingat de jurejur. Nec  
hodiè do nationem inter Virum &  
Uxorem constante matrimonio  
Juramento roborari tradit *Mateb.*  
*Coler. de Process. Execus. p. 3. e. i. n. 116.*  
dissentiente tamen *Gail. l. 2. O. 40. n. 5.*  
cujus sententia verior, cum in ma-  
teria juramentorum sequamur Jus  
Canonicum.

II. JURE CIVILI quoniam etiam  
jurata renunciatio contra Legem,  
certam solennitatem requirentem,  
facta non valet, arg. i. nemo potest. ff.  
de Leg. i. Ideoque etiam statuen-  
dum Donationem excedentem  
Summam quingentorum Solido-  
rum Juramento interveniente absq;  
insinuatione non valere. JURE  
CANONICO autem tale Jusju-  
randum additum, defectum insi-  
nuatio his supplet, propter C. 28. X. de  
jurejur. Praxis hâc in parte tan-  
quam in materia Juramenti, Cano-  
num dispositionem communiter  
quidem observare solet, ita ut etiam  
ab hac Observantia in judicando

D. 2

non

non recedendum putet *Gail. l. 2. Obs. 39. n. 12. seqq.* Jus Civile tamen alii cubi adhuc observatur *Carpz. p. 2. const. 12. def. 14.*

III. JURE CIVILI propter unitatem personæ nequit Donatio quædam simplex inter Patrem & Filium subsistere, *l. i. §. si Pater 1. ff. pro Donato. adeò ut ne Juramento quidem confirmari possit, cùm Juramentum super eo, quod impossibile, haud præstetur, l. 56. S. 1. ff. de Fidejus.* JURE CANONICO ejusmodi simplicem Donationem irritam quidem esse, sed Juramento confirmari posse, communis est Doctorum assertio ob *C. fin. §. ult. de Jud in 6.* Quam communem Sententiam in Camera approbatam & praxi receptam esse testatur *Gail. l. 2. Obs. 38. n. 7. § seqq.*

IV. JURE CIVILI regulariter nemo alteri extraneo stipulari & stipulando aliquid acquirere potest *§. si quis alii 4. Inst. de Inut. S. iip. L. 38. § alteri 17. ff. de V.O.* De JURE CANONICO stipulationem alteri factam

etiam admittendam & subsistere putant, præsertim si Juramentum accedat, per c.9 caus. i. q.7. c.12. Caus. 22. q.5. Quid usu obtineat, & quænam stipulatio alterifacta subsistat, tradit Garpz. p.2. C.33. D.26.27.

V. JURE CIVILI intra triennium (quod à litis contestatione incipit) regulariter Caulæ Civiles sunt finiendæ, ob rationem Reip. utilissimam, ne sc. lites immortales rediderentur. Criminale verò Judicium biennio circumscribitur L. properandum 13. C. de Judic. JURE verò CANONICO hoc tempus non attenditur, & instantia partibus nunquam perit. c. pen. & X. ult. de Judic. Hodier na de Consuetudine Jus Canonicum observari, & lites non triennio, sed interdū ne quidē tricennio terminari testatur Dn. Brunn. ad d. L. §. 1. inf.

VI. JURE CIVILI forum competens ex communi sententia sortitur is, qui convenit eo in loco, ubi contraxit L. 19. Et seq. ff. de Judic. L unic. C. ubi de Possess. agi op. JURE CANONICO hoc nonnihil im-

D. 3

muta-

mutatum, & potest tunc detinum  
quis in loco contractus conveniri,  
si ibi reperiatur. c. i. §. contrabentes de  
Foro compet. in 6. Praxis Jus Cano-  
nicum recepit. Vid. Gail. L. 2. O. 36.

n. 14.

VII. JURE CIVILI, contractus  
b. fidei, si illis dolus causam dede-  
rit, sunt ipso jure nulli, & dolovi-  
tiantur. L. 7. pp. ff de Dolomalo L. 16. §.  
1. ff. de Min. L. 3. §. f. ff. pro Socio. Secus  
in stricti Juris Contractibus, qui do-  
lo interveniente non vitiantur, sed  
dolus commissus actione ex con-  
tractu (vel exceptione dolie est pur-  
gandus. L. 36. ff de V. O. L. 5. C. de Inut.  
Stip. JURE verò CANONICO  
dolus simpliciter & sine ulla distin-  
ctione Contractum sive b. fidei sive  
stricti Juris sit, (quam Distinctionem  
non agnoscit Jus Canonicum) ipso  
Jure reddit nullum Dd. in. c. i. X. de  
Plus petit. Quid hodiè circa do-  
lum tam in ipso contractu, quam  
post illum, commissum obtineat, vi-  
dere est apud Zang. de Except. p. 3. c. 13.  
n. 11. 12. & seqq.

VIII.

VIII. JURE CIVILI, si in Emphyteusi Civili Emphyteuta per totum triennium Canonem, nec ejus partem, sua sponte non solvere, sit, cadit suo jure, & implorato Iudicis Officio expelli potest L.2. C. de Jure Empytheut. JURE autem CANONICO, Emphyteuta solutionem Canonis intra biennium differens Jure suo privat, & nihil interest, sive in toto sive ejus parte solvenda cestet. ea enim 2. caus. 10. q. 2. Qvamvis hanc differentiam statuat Rosbach. in suis differentiis l. 2. tit. 13. Comparat. 4. Nos tamen illam non agnoscimus. An hodiè ob non solutum Canonem Emphyteutica bona amittantur ipso Jure, & an Emphyteuta partem Canonis solvens propter residuum non solutum Jure suo cadat? Conf. Carpz. p. 2. C. 38. D. 1. § 4.

IX. JURE CIVILI Venditor, et si facultatem habeat rei venditæ tradendæ, non tamen præcisè cogitur rem tradere, sed solvendo id, quod interest Emptoris rem habere, li-

D4 beratur

beratur L. 1. pr. ff. de Act. Empt. &  
Vend. l. 12. ff. cod. l. 2. C. cod. Vid. Wif-  
sinb. de Act. Empt. tb. 2. JURE CA-  
NONICO RES vel ejus possessio  
omnibus modis liberè & planè est  
tradenda. C. 10. X. de Fid. Instr. Hanc  
differentiam quidem statuit Rit-  
e. s<sup>h</sup>. de Differentiis. Jur. Civil. & Can.  
l. 3. c. n. Nos tamen & Jure Civili  
contrarium observari putamus  
propter §. 2. Inst. de Donation. Si-  
cuti & Praxis ubique ferè locorum  
hoc recepit, ut Veriditor rem pos-  
tidens præcisē eam tradere tenea-  
tur. Carpz. p. 2. C. 1. D. 15. n. & 2.

X. JURE CIVILI res aliena,  
quæ in commercio est, à Te-  
statore sciente legari potest, ut  
hæres illam Legatario præstare  
debeat s. non solum 4. Inst. de Leg.  
L. 10. C. de Lega. JURE CA-  
NONICO rei alienæ legatum  
simpliciter non valet c. filius noster  
6. X. de Testam. Praxis &  
Jus Civile con-  
veniunt.

DECAS

# DECAS IIX.

## Differentiarum Juris

Civilis & Canonici.

Diff. I.

JURE CIVILI illæ causæ quæ spe-  
cialiter Lege vel Constitutione  
Principis concessæ sunt, delegari  
non possunt L. quæcunq; specialiter  
iff de Offic. ejus, cui mand. &c. Hinc  
ea, quæ sunt meri imperii, neutri-  
quam delegantur, nec delegata Ju-  
risdictione transeunt all. L. i. & L.  
Nemo potest 70. de R. Jur. JURE CA-  
NONICO omnes causæ sive Im-  
perii sint sive Jurisdictionis, indi-  
stinctè delegantur C. o. X. de Off.  
Jud. Ord. C. licet 2. de Offic. Vicar. in 6.  
Jure autem moderno quoniam  
non ex speciali privilegio amplius,  
sed una cum Jurisdictione omni-  
moda transit merum Imperium,  
ideoque etiam illud ex justa cau-  
sa delegari potest. Dn. Brunnem. in  
R. P. Wefenb. ad Tit. de Off. ejus cui  
mand. &c. qu. 4.

D 5. enceps. II. Jul.

1803

II. JURE CIVILI haud facile  
cuvis causæ cognoscenda poten-  
tias delegabatur, sed iis potissimum,  
de quorum fide publicè constabat,  
& quorum integritas explorata erat.  
*arg. No. 82. c. 2.* JUS CANONICUM  
hic nullum requirit delectum per-  
sonarum, sed liberè permittit cui-  
vis causarum delegationem fieri. C.  
*pastoralis 28. X. de Off. & pot. jud. deleg.*  
Hodiè cuvis, modò in eo nullus  
corporis defectus vel animi repe-  
riatur, & sit intra territorium man-  
dantis jurisdictionem, mandari  
potest causæ cognitio. *Struv. Ex. 4.*  
*ib. 28.*

III. JURE CIVILI, si lis alicu-  
jus causæ fuerit contestata, tunc  
durat in illa causa Jurisdictio man-  
data, nec exspirat morte delegantis.  
*L. 6. ff. de Jurisdict. L. amplius 23. ff. Rat.  
rem bab.* JURE CANONICO Juris-  
dictio delegati perpetuatur non  
tantum Litis Contestatione, sed  
etiam per solam citationem ante  
mortem delegantis ritè factam,  
quia citatione facta, desit res in-  
tegra

tegra esse C. gratum gerimus. 20. X. de  
Off. & pot. Jud. deleg. Jus Civile mo-  
ribus comprobatur, testatur Obrecht.  
de Juris dict. l. 4. c. 8 num 8.

IV. JURE CIVILI sufficit, si in  
genere causa recusati Judicis in  
Libello allegetur, nec requiritur,  
ut ulterius in scripto speciatim ex-  
primatur vel probetur: modò re-  
cusationis causam allegans confir-  
met, se non animo calumniandi &  
malitiosè Judicem recusare L. f. C. de  
Judic. licet postea causa sit allegan-  
da & probanda. JUS CANONI-  
CUM generalem istam & simpli-  
cem recusantis allegationem non  
admittit, sed oportet causam recu-  
sationis & suspicionis mox specia-  
liter exprimere & postea coram  
electis arbitris probare C. 41. & C. 61.  
X. de Appell. Quid Jure Practico ob-  
tineat, tradit Guil. l. 1. Obs. 33. n. 14 seqq.  
ubi hanc quoque differentiam sub-  
jicit. Quod Jure Civili arbitri dati  
cognoscant super ipsa causa, non  
suspicione: sed Jure Canonico ar-  
bitri tantum super suspicione.

V. Iu.

V. JURE CIVILI Judex Ordinarius, ex communi sententia licet suspectus, regulariter in totum recusari non potest, sed si aliqua suspicionis causa subest, alius ipsi adjungendus, qui una cum ipso judicet, ut ita metus & iniquitatis suspicio cesseret. L. apertissimi, cum Auth. seq. C. de Jud. JURE CANONICO etiam Ordinarius ex justa causa in totum recusari & declinari potest c. 4. X. de Foro compet. Praxim hujus vide Gail. prox. i. et. loc. n. 1, Zang. de Excep. p. 2. c. 4. n. 8.

VI. JURE CIVILI novissimo non permittitur, ut per juramentum compromissa fiant, ne hominibus anfa perjurium committendi detur Auth. Decernit C. de Recept. Arbitr. Novell. 82. c. II. JURE autem CANONICO compromitti potest juramento c. 5. X. de Arbitr. Quidam hodiè secundum novam Justiniani constitutionem, licet simplici pacto & nulla poenâ adjectione fuerit compromissum, datur Actio in factum & exceptio ex arbitrio,

bitrio; si silentio decem dierum confirmatum; ideoque etiam laudum citra Juramentum vim Sententiae Judicialis habebit. l. 5. C. de Recept. Arb. Conf. Dn. Struv. Ex. 8. th. 103.

VII. JURE CIVILI, si plures simus pliciter sint accepti arbitri, non valet Laudum arbitrorum, si existis pluribus aliqui, reliquis absentibus, pronunciaverint l. duo ex tribus 39. ff. de R. Jud. l. 17. §. f. ff. de Recept. qui arb. &c. etiam si absentes fuerint citati l. 3. §. 1. &l. seq. ff. de Recept. qui arbitr. &c. JURE CANONICO valet sententia à majori parte præsentium arbitrorum lata, quamvis aliqui abfuerint, dum tamen absentes per præsentes prius fuerint citati C. uli. de Arbitr. in 6. Praxin Juri Civili congruere luculenter satis docet Carpz. p. C.I.D 14.

VII. JURE CIVILI in jurante perinde ut in paciente requiritur intellectus, quare etiam impuberes & prodigi ad juramenti præstacionem non admittuntur. l. 26. pr. ff. de Jurejur.

Jurejur. arg. l. 5. in f. C. de LL. **JURE CANONICO** prodigus & pubertati proximus, intelligens quid sit juramentum, eo obligari potest C. 28 X. de Jurejur. C. I. de Delict. puer. Hodie si impuberi deferatur Juramentum, tunc actum jurandi usque ad pubertatem differendum statuit. Carpz. p. 1. C. 24. D. 11.

**IX. JURE CIVILI** Filius familias propter Reverentiam & potestatem Patriam regulariter (excepto Castrensi vel quasi Castrensi peculio l. 6. §. Exceptis Castrenisbus C. de bon. que lib. l. 4. §. 1. ff. de Castrensi. Perul.) contra Patrem in judicio agere vel stare non potest l. 16 nulla f. de Judic. **JURE CANONICO** inter Patrem & Filium permisum esse judicium, communiter probant per c. prohibentur 14. caus. 2. q. 1. c. queritur 36 caus. 2. q. 7. De consuetudine hujus aetatis depravata, tamen videmus hodie liberos Parentes suos sine ulla reverentia, honore & venia in jus vocare, & contra Parentes cum propriis filiis inexorabiles lites exercere

**X. JURE**

X. *JURE CIVILI* Procurator  
non tantum interponere appella-  
tionem, sed & prosequi debet L.  
17. *C. de Procur.* *JURE CANONICO*  
non tenetur prosequi C. 14. X. 4. s.

Quid in Praxi observetur Vid.

Dn. Brunnem, ad d.

L. 17.

## DECAS IX.

### Differentiarum Juris Civilis & Canonici.

Diff. I.

*JURE CIVILI* propriè judicium  
cœptum dicitur à Litis demum  
contestatione l. 15. f. rem. rat. bab. l. un.  
*C. de L. Contest.* *JURE CANONICO*  
Judicium statim ab ipsa citatione  
incipit. C. 20. & sequ. X. de Off. & potest.  
Jud. deleg. Praxis Juri Civili non con-  
trariatur. Conf. latè Gail. l. 1. O. 74.  
Schnob. Disp. Pandect. 2. tb. 12. Qvando  
verò litis pendentia inducatur, &  
res fiat litigiosa, colligitur ex Autb.  
litigiosa C. de litigiosis & ibi Dd.

II. *JURE CIVILI* requiritur, ut  
citatio

citatio habeat expressum diem & terminum, quo citatus comparere debet. arg. l. us. pr. ff. de V. O. JURE CANONICO valet Citatio, etsi non sit certus terminus expressus, sed cogitur citatus comparere, quam primum potest C.eos 22. in f. de Sent. Excomm. in 6. C. 19. X. de Appell. Juris practici observantiam tradit Gaii. l. I. O. 53.

III. JURE CIVILI, quoties plures eaque diversæ actiones alicui competunt, una ex illis est eligenda. L. 25. S. 3. ff. famili. hercisc. L. non est novum 10. ff. de Att. Emr. JURE CANONICO plures Actiones cumulari possunt C. querelam. 24. X. de Electo. C. 2. X. de Caus. Possess. & Propr. Qvænam Actiones hodiè in uno libello cumulari possint, declarat Gaii. l. I. O. 63.

IV. JURE CIVILI Reo in jus vocato post libelli oblationem spatium decem dierum in Civilibus datur, intra quod deliberare potest, an cedere liti, an verò litigare velit L. ad peremptorium 68, cum L. seq. ff. de Judic.

*Judic.* JUS verò CANONICUM  
nullum certum tempus hoc casu  
definivit, sed potius arbitrio Judi-  
cis reliquit. C. dilectus 11. X. de Procur.  
C. 5. S si autem X. ut ite contest. Et In  
Camerā ut & de stylo aliorum Judi-  
ciorum inferiorum etiam hoc tem-  
pus est arbitrarium, & loci propin-  
quitas & longinquitas consideratur  
*Gail. l. i. O. 53, n. 20.*

V. JURE CIVILI, si aliqua Exceptio  
dilatoria REO competit, illa re-  
gulariter opponenda ante litis con-  
testationem L. 13. C. de Procur. L. 52. pr.  
ff. de Jud. L. pen. &ule. C. de Except. JU-  
RE CANONICO in qualibet litis  
parte, dum tamen ante Sententiam  
id fiat, Exceptio dilatoria Excom-  
municationis opponi potest. C. Ex-  
ceptionem 12. X. de Except. alias cum  
Jure Civili coincidit. C. 4 X de Except.  
Quænam Exceptiones dilatoriae  
etiam post litem contestatam hodie  
opponi possint, docet inter alios  
*Dr. Brunn. ad L. 13. C. de Proc. & ad L.*  
*12. & l. f. C. de Except.*

VI. JURE CIVILI is, qui bonis  
E cessit,

cessit, si iterum conveniatur, potest  
opponere Exceptionem, in quantum  
quis facere potest, (quæ alias  
competentiæ appellatur,) ut non  
teneatur: nisi in id quod facere po-  
test, licet ad pinguorem fortunam  
pervenerit L. 4. ff. de Cession bon. JURE  
CANONICO illum, qui bonis ces-  
sit, simpliciter ad omnem solutio-  
nem cogi posse volunt nonnulliper  
C. Odoardus 3. X. de Solut. Sed hanc  
differentiam nullam agnoscimus  
cum Rittersb. de Diff. Jur. Civ. & Can.  
l. 5. c. 17. quamvis illam afferat Rosbach  
in suis Different. l. 3. Tit. 11. comparat. 3.  
Nec Praxin quicquam Juri Civili de-  
rogasse putamus. Conf. Struv. Ex. 44.  
ib. 20.

VII. JURE CIVILI in Crimina-  
libus non exigitur Juramentum ca-  
lumniæ, quia quoad Actorem suf-  
ficit subscriptio in Crimen: Reo ve-  
rò licitum qualiter qualiter suum re-  
dimere sanguinem arg. L. 1. ff. de bon.  
eor. qui mort. &c. JURE CANO-  
NICO etiam in Criminali causa  
juratur de calumniâ C. 1. X de juram.

Calumn.

*Calumna.* Hodiè cessante inscriptio-  
nis usu, Accusatorem ab illius jura-  
menti præstatione exemptum esse  
non putamus.

VIII. JURE CIVILI Litigatores  
tam Actor, quam REUS coguntur  
ipſi jurare de calumnia, licet per  
Procuratores litigent. L. 2. & Autb.  
Principales C. de Jurejur. propter ca-  
lumn. &c. JURE CANONICO Pro-  
curatores speciale mandatum ha-  
bentes ad hujusjuramenti præstati-  
onem in Principalis animam admit-  
tuntur C. 2. §. 1. & C. f. de Juram. calum.  
in 6. Praxis plerorumque Judiciorum  
Juri Pontificio sese conformavit.  
*Conf. Gail.*, l. 1. O. 83.

IX. JURE CIVILI in omnibus  
causis civilibus præstandum est Ju-  
ramentum calumniæ, nili actor pro  
calumniatore & REUS pro Con-  
victo haberi velit. L. 1.2. Autb. In iſo.  
cum Autb seq. C. de Jurejur. propter ca-  
lumn. Nov. 124. c. 1. JURE verò CA-  
NONICO excipiuntur Causæ Spi-  
rituales & quæ his sunt annexæ, in  
quibus nonjuratur de calumnia. C. 2.

X. de Jur. Calumn. Praxis videtur  
Jus Canonicum approbasse. Ali-  
quando tamen ob singularem præ-  
sumptionem etiam in his hoc jura-  
mentum præstandum venit. *Sirku.*  
*Ex. 27. 1b. 7s.*

X. JURE CIVILI nemini ob de-  
lictum stigma in fronte inuri potest  
L. 17. C. de Pan. JURE CANONICO  
signari ita delinquentes possunt,  
ut sc. ejusmodi nebulones inter alios  
cognoscantur C. ad audientiam 3. X. de  
Crimine falsi. Praxis pro diversitate  
locorum variat.

## DECAS X. Differentiarum Juris Civilis & Canonici.

### Diff. I.

JURE CIVILI, quandolis per Pro-  
curatorem peracta est, tunc Sen-  
tentia in illum etiam est ferenda,  
alias est ipso jure nulla L. 1. C. de Sen-  
tent. & inter l. JURE CANONICO  
hæc subtilitas non attenditur, & ni-  
hil interest, utrum Sententia fera-  
tur

tur in personam Procuratoris, an in ipsum Principalem. arg. C. cum di et.  
X. de Judic. Magnif. Dn. Brunn. add L. i.  
cum Dd. tit. In Camera, qvamvis cau-  
ſe per procuratores agi debeant,  
in Dominum tamen Principalem  
ferri Sententiam posse, testatur Gail.  
l. i. O. iii. Excepta actione injuria-  
rum, cuius condemnatio in Procu-  
ratorem fieri solet, ut infamia evi-  
tetur. Idem l. 2. O. 112. n 7.

II. JURE CIVILI Sententia in  
quacunque causa lata, à qua appel-  
latum non est, transit in rem judi-  
catam. L. i. C. Sentent. ref. non poss.  
JURE CANONICO excipitur Sen-  
tentia in causa matrimoniali lata,  
hæc enim quovis tempore errore  
detecto & veritate comperta re-  
tractari potest. C. 7 10. & C consanguini-  
nei X. de sent. & R. Jud. Qvomodo Jus  
Canonicum ad usum hodiè redu-  
ctum, docet Gail. l. i. O. 112.

III. JURE CIVILI à Sententia in  
causa momentaneæ possessionis la-  
ta non potest appellari L. un. Si de  
moment. poss. fuer. app. JURE CANO-

E; N.CO,

NICO ut à quovis gravamine, ita  
& in possessorio judicio facta  
appellatio valet, C. 10. § 15. X. de Re sit.  
Spol. In Camera Jus Civile appro-  
batum Gai. l. 1 O. 7. Practicorum ho-  
diernam observantiam tradit Dn.  
Brunn. ad alleg. L. un Gai. alleg. loco.

IV. JURE CIVILI pendente eau-  
sa restitutionis suspendit res ju-  
dicata & Sententia Executio L. un.  
C. in integr. reſt. post ne quid novi fiat.  
JURE CANONICO non suspen-  
ditur, sed executioni mandatur  
Sententia, præstita cautione, ut, si  
pars in integrum restituta justio-  
rem habuerit causam, ei omnia re-  
stituantur c. fuscitata 6. de in integr.  
Reſt. Hodie nisi præsumtiō malitiæ  
sit contra petentem restitutionem,  
aut res celeritatem requirat, etiam  
Jus Civile obtinere arbitrandum  
omnino est. Conf. inter alios Dn. Brunn  
ad dict. L. un.

V. JURE CIVILI Expensarum  
taxario & condemnatio regulari-  
ter reservatur in finem litis L. 13. §. 6.  
§ 8. C. de Judic. L. 13. §. 6. C. de Sentent.  
JURE

JURE CANONICO, si quis post fundatam Actoris intentionem aliquam Exceptionem peremptoriam vel diatoriam objiciens, in ejus probatione deficiat, statim ad expensarum solutionem damnaripotest C. §. X. de Dolo & Contum. Hodie & in Camera expensa retardati processus ad finem litis non reservantur, sed in quovis articulo processum impediente resarciri debent. Ordin. Cam. p. 3. Tit. 50. §. 7. Gail. 1. O. 151.

n. 15.

VI. JURE CIVILI gradatim est appellandum ab inferiori Judice ad proximum superiorem, non autem omisso intermedio ad supremum veniendum est. L. I. §. 3. l. 21. ff. de Appel. JURE CANONICO non requiritur, ut gradatim appelletur, sed potest omisisse intermediis Judicibus immediatè appellari ad Pontificem C. 7. X. de Appell. C. antiqua 13. X. de privileg. & Excess. Zaf. Comment. ad Tit. ff. de Appell. n. 17. Jus Civile usu servit et timonio est Ordin. Cam. p. 2. Tit. 29. §. 1. Gail. l. 1. O. 119. n. 2.

VII. JURE CIVILI nova vectigalia instituens sine permisso Princpis, perpetuo exilio punitur L.S.C.  
*Nova vectigal. infit. non poss.* JURE CANONICO taliter delinquens monetur primò, ut desistat & ablatia restituat, & si monitus non desistat, excommunicatur. C.10. X. de Censib. Exaſſ. &c. Et hodie constitutio vectigalium ad Principum Regalia majora pertinet *Mattb. Steph. de Jurid l.2.p.1. c.1.*

IIX JURE CIVILI Judex, à quo appellatur, nihil potest statuere in præjudicium futuræ cognitionis in judicio appellationis *tot. tit. ff. Nihil innov. appell. pend.* JURE CANONICO ju dex à quo potest appellantि terminum præfigere, intra quem se conferat ad Judicem appellationis eiqve se præsentet C.5. & 26. X de Appell. quid hodiè obtineat? *Vid. in Dn. Brunn. Pro. eff. Civil. c. 28. n. 66.*

IX JURE CIVILI regulariter heres ex delicto defuncti non tenetur L.un. C. ex deliſt. defunſt. arg. L. Sancius C. de Pen. JURE CANONICO  
hæres

haeres ob delictum defuncti conveniri potest, licet lis cum defuncto non contestata est, neq; ex maleficio quicquam pervenerit ad eum pro modo tam en facultatum defuncti. C in Literis §. X de Rapt C. f. X. de Sepult. Hodie quin Haeres, si ex maleficio defuncti locupletior factus, vel lis cum Defuncto contestata, teneatur, nullum est dubium.

X. JURE CIVILI Carcer poena esse non solet L. 8. §. 9. ff. de Pen. L. incredibile C. eod. JURE PONTIFICIO Carcer poenæ loco est, siquidem haud raro obsecera commissa perpetuus dictari solet carcer C. gramvis 3 de Pen. in 6. C. 17. §. f. d. V. S. Jus Consuetudinarium cum Jure Pontificio convenit. Conf. Conf. Crim Art. 101. Magnif. Brunn. ad L. 6. C. de Custod. Reor.

## DECAS XI. Differentiarum Juris Civilis & Canonici.

### Diff. I.

JURE CIVILI inimicus ad accusandum admittitur, quoniam nullibi expressè reperitur prohibitus, L. 8. ff. de C. 5. Accus

*Accus.* JURE CANONICO ab accusatione ejusmodi repellitur C. 7. § 19. X.  
de *Accus.* Jus Canonicum usu obtinere  
testatur *Carpz.* p. 1. C. 16. D. 56. n. 3.

II. JURE CIVILI regulariter nullum Crimen post XX. annorum lapsum debet deferri vel accusari L. querela 12. C. ad l. C. de fals. JURE CANONICO non locum habet hæc XX. annorum præscriptio, sed ultra id tempus accusatio quoque extenditur. C. cum tanto X. de Conf. C. 5. X. de eo. qui dux. in matr. quam poll. &c. Praxis hodier nam tradit *Carpz.* Praet. Crim. p. 3. Q. 141. n. 6. § 19.

III. JURE CIVILI Frater fratrem vel sororem in Crimine, cuius poena est ultimum supplicium, accusare non potest L. 13. C. de bis, qui accus non poss. Secus est in levioribus delictis L. 18. C. 1. v. 1. JURE CANONICO frater fratrem de hæresi, quod tamen est crimen gravissimum, accusare potest C. li. eras 4. de Presumt. Conf. Dec. 6. Diff. 4. Juris Civilis observantiam usu retinendam, amor inter istas personas germanus, efflagitat.

IV. JURE

IV. JURE CIVILI regulariter nemo cogitur indicare & denunciare furem L.48 §.1. ff. de Furt. L.4. §.f. ff. de Conditt. ob turp. Caus. JURE CANONICO præcisè aliquis cogi potest, ut furem indicet, si enim nolit, ut furti conscius tenetur C.4.X. de Furt. In Praxi us Civile servatur Carpz Pr. Crim. p.3. Q.1; 4.n.56

V. JURE CIVILI Actio injuriarum lite cum defuncto non contestata non datur hæredi neque contra heredem §.1. Inst. de Perpet. §. temp. Att. L.10. §.2. ff. quiscaui. in jud. sist. &c. JURE CANONICO autem hæc Actio ad hæredes & contra illos est transitoria C.5.X. de Rapt. Jus Civile usu comprobatum. Carpz p.1.C.7.D.13.n.5. Injuriam tamen post mortem defuncto illatam etiam hæres criminaliter persequitur. Dn. Brunn. R.P. Wesenb. Tit. de Injur. & famos. libell. q.9.

VI. JURE CIVILI, indistinctè ob injuriam factam sive actione Civili, sive Criminali condemnatus, sit infamis. L.1. a. bletas 4. §.f. ff. de his, qui not. inf. JURE CANONICO lev's injuria non infamat condemnatum. C.13.X. de Sent. & Re jua. Hodie non tantum in levioribus,

oribus, sed etiam atrocioribus quibus-  
dam injuriis cessare infamiae irrogatio-  
nem statuit Carpz. Præt. Crim. p. 2. q. 9. 94.  
n. 78. seqq.

VII JURE CIVILI mandans vul-  
nerare, prohibens autem occidere, æqui-  
tate inspectâ non tenetur ordinariâ L.  
Corneliae pena, si mandatarius, fines  
mandati egressus, hominem occiderit.  
L. I. §. 3. l. 7. 14. ff. ad l. Cornel. de Sic. JURE  
CANONICO ejusmodi mandans pœ-  
na ordinariâ tenetur. C f. de Homicidio  
en 6. Juris Canonici sententiarn in ju-  
dicando servandam putamus cum  
Carpz. Præt. Cr. Q. 4. n. 21.

IIX. JURE CIVILI, si quis sciens  
in alterius solo ædificaverit, ædificium  
extructum cedit illi, cuius & solum est.  
§. 39. Inß. de Rer. Divis. L Redemptores 39.  
ff. de R. V. l. 7. §. 10. ff. d. A. R. D. JURE CA-  
NONICO ædificium pecuniâ & sumti-  
bus Ecclesiæ in alieno solo erectum non  
cedere solo, sed solum ad se trahere pro-  
bant nonnulli per c. I. ca. 17. q. 4. Jus  
Civile à Praxi non correctum.

IX. JURE CIVILI Filii Orthodoxiâ  
Parentum hæreticorum successione non  
excluduntur, ne ob divini amoris ele-  
ctionem

ctionem Parentum provisione defraudentur. L. 19. cum Autb. seq. C. de Haret & Manich. JURE CANONICO bona hæreticorum filiis orthodoxis auferuntur c. vergentis 10. de Haret. Jus Civile Praxis sequitur.

X. JURE CIVILI juramentum per vim metumque extortum ipso jure est nullum, nec indiget absolutione. Autb. Sacra menta puberum C. si adversi Vendit. JURE CANONICO quidem etiam tale juramentum annullatur, sed opus est absolutione C. 8. X. de Jurejur. Ulrum modernum latius nobis suppeditat. Gail. l. 2. O. 42.

DECAS XII. & ULTIMA.  
Differentiarum Juris Civilis  
& Canonici.

Diff. I.

JURE CIVILI ante Litis contestationem tam in Civilibus, quam Criminibus nulla sententia definitiva ferri potest L. prolatam 4. C. de Sent. & Interl. Et. JURE CANONICO in multis iisque summarisi causis Litis contestatio non requiritur ad Sententiam dictandam C. 1. & s. s. porro X ut lite non confess. Et. An, & ubi, hodie Litis contestatio omis-  
sa vitiet

fa vitiet Processum, indicat Gaii, l. i. O. 75.

II. JURE CIVILI is, qui se liti obtutit, licet rem petitam non possidear, neq; dolo malo fecit, quo minus retineret, damnari potest, perinde ac si rem detineat L. 25 f. de R. V. JURE CANONICO aliud statutum reperimus in C. Ecclesia 3. X. ut liti pendent. Praxis sine dubio jus Civile sequitur.

III. JURE CIVILI propter humanitatem & pietatem permititur haereticos legitimis sepulchris sepeliri L. humanum 9. C. de Heret. JURE CANONICO, quia ipso Iure sunt excommunicati, non sunt sepeliendi in Cemiterio Ecclesiastico, &c. si forte in eo jam sepulti fuerunt, iterum exhumandi & ejiciendi sunt ob rationem positam in C. Sacris 12. X. de Sepult. Hodie Haereticis nec in Verbi auditu, nec in Sacramentorum communione cum vera Ecclesia participantibus non omnino omnem, sed honorificam duntaxat sepulturam, denegandam esse putamus.

IV. JURE CIVILI peccatum contra Naturam h.e Sodomiam committens poenâ gladii afficitur L. cum Vir nub. 31. C. ad L. Jul. de Adult. JURE CANONICO

**NONICO** hujus detestabilis vitiilenis alii  
qua poena sancta reperitur scil. excommu-  
nicatio in C. 4. de Excessu Prelat. Juris Civilis  
poenam exasperavit P. H. O. Art. 116. quam  
etiam Praxis, vivi comburium dictando,  
sequitur.

V. JURE CIVILI ob desertionem militiz  
fugam factam pena capitalis dictatur L.  
omne 6. S. 3. ff. de Re milit. JURE CANONI-  
CO hujus delicti pena est infamia c. infam-  
ies 6. q. 1. Delictorum militibus proprio-  
rum cognitio hodiè pertinet ad Magistrum  
militum, qui etiam pro diversitate cir-  
cumstantiarum penas irrogat, Conf. Strub.  
Ex. 50. b. 41. & Dd. ibi alleg. Sicut & capitalis  
pena dicto casu obtineret.

VI. JURE CIVILI res Ecclesiae præter  
certas & urgentes necessitates in LL. expre-  
sas alienari non possunt L. 14. C. de SS. Eccles.  
Nos. 7. c. 2. Nos. 120. c. 9. & 10. Auth. Hoc jus  
porretum C. de SS. Eccles. JURE CANONICO  
non tantum ob necessitatem, sed etiam utili-  
tatem & pietatem permittitur alienatio  
c. 13. 15. & 52. caus. 21. q. 2. Hodie istas solenni-  
tates, quæ alias requiruntur, non observari,  
tradit Dn. Brunn. ad d. Auth.

VII. JURE CIVILI unius Testi-  
monium regulariter non admittitur, et si  
honoratissimus & honestissimus sit. L. Juris  
jurandi 9. C. de Testib. JURE CANONICO  
Episcopi etiam singulare Testimonium  
recipitur, adeò ut nullus alijs audiatur c.  
36. C. 11. q. 11. Quando Praxis etiam unius te-  
stimonium

timonium admittat, docet Brunn. ad d. L. 9.  
IX. IURE CIVILI in quoconque Rescri-  
pto regulariter expressè addi debet illa clau-  
sula; Si preces veritate nitantur L. f. C. de Dis.  
Rescript. &c. IURE PONTIFICIO hæc  
clausula semper subintelligitur C. 2. X. de  
Rescript. Quando illa clausula justificatoria  
omitti possit, videre est apud Gal. l. 1. O. 4.  
C. l. de PP. c. 2. n. 15. seqq. Conf. Dn. Brunn.  
ad d. l. f.

X. IURE CIVILI tam Clericis, quam  
Laicis indistinctè prohibentur Disputatio-  
nes de rebus divinis iis qvæ semel de fide  
Christianâ rectè judicatae sunt. L. nemo C. de  
Summ. Trinit. &c. IURE CANONICO  
Laicis tantum ejusmodi Disputationes in-  
serdicuntur. Clericis autem permituntur  
C. 2 s. in bibemus de Heret. in 6. c. 24. q. 1. Præ-  
xin hujus refert Magnif. Dn. Brunn. ad d. l. in fo.

X. IURE CIVILI nemo invito aliquid  
auferre, vel reluctantis negotia gerere po-  
test. L. extat ff. quod met. Caus. L. f. C. neg. ges. f.  
IURE CANONICO Prædicatoribus, si non  
habeant, unde se aliter sustentare e possint,  
licitum ab alienarum rerum raptoribus &  
detentoribus eleemosynas recipere etiam  
invitis Dominis iis, quorum res raptae &  
detentæ sunt, quasi sine eorum gestores ne-  
gotiorum. C. 54. §. Prædicatores X. de  
Sentent. Excomm. Præx in Iuris Cano-  
niæ hodiæ raram arbitror.

T A N T U M.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730474372/phys\\_0087](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730474372/phys_0087)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730474372/phys\\_0088](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730474372/phys_0088)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730474372/phys\\_0089](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730474372/phys_0089)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730474372/phys\\_0090](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730474372/phys_0090)

DFG



mit viii mit viii

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

¶

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

¶

## JURA GERMANICA.

Afforanç-oder Assevredors-Recht /  
nationis seu suscepti periculi.

Krahn-Recht / *jus Germanii* seu me  
autoritate principis ad evitandas fraudes  
tum in utilitatem vesticigalium constituit.

See-Recht / *jus maritimum*, ubi  
nauticis Oleronensisibus, Wysbiensib  
seaticis.


Stapel-Recht / Hansee-Recht / hic di  
tur de jure Stapule, emporii & nundin  
cessentur loca his juribus gaudentia &  
*jus Hanseaticum.*

Spies-Recht / *judicium hastatum*  
wenn einer durch die Spiesse gesaget w  
prolixè describitur.

Ordel-Recht / *jus ordalii*, quasi in  
sententiam ferat, estque triplex: mon  
probatio per ignem & per aquam.  
appellantur probatio vulgaris, & co  
guuntur probationi canonicae.

Behni-Recht / *jus Vemicum*, Green  
Feld-Gericht / seu judicium occultum,  
rii modi prolixè describuntur.

Explicatio horum iurium erudita,  
ex ipsa antiquitate Germanica de prom  
documentis & fertili optimorum auto  
gatione confirmata est. Non diffiteo  
horum iurium esse abrogata, sed & ab  
certè non receptæ sunt multæ juris  
materiæ & dispositiones, quas avidè ad  
I



the scale towards document